



Universitätsbibliothek Paderborn

**Jacobi Llobetii Leodiensis E Societate Iesv, De Fortitvdine
Et Constantia Christiana Libri Tres**

Llobet de Lanthin, Jacques

Leodii, 1640

§. 5. Eadem veritas declaratur heroicâ filij in parentem pietate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49140](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49140)

Hoc inuictæ Heroinæ facinus,
hoc prope scelus amoris, sibi vitam
eripuisse, marito reddidisse: adeo
hic etiam: *Fortis ut mors dilectio.*

§. 5.

*Eadem veritas declaratur heroicâ filij
in parentem pietate.*

Vulgatum illud Philosophi.
Deo, parentibus, ac præcep-
toribus pares reddere nunquam
possumus.

Deo quidem, cui vt omnia de-
beamus, ita animum quam maxi-
mè, potissimam hominis partem,
& quasi delibatam ex altissimâ illâ,
diuinâque mente portionem.

Parentibus vero, à quibus quod
spiritui affine, & coniunctum est
accipimus, corpus inquam morta-
le, quo immortalis vehitur, & cir-
cumducitur animus.

126 DE FORTITUDINE

Denique præceptoribus, à quibus etsi non ducamus *esse*, vt loquuntur Philosophi: at certè haurimus *bene esse*, dum suis illi præceptionibus nos imbuunt, & ad omnem humanitatem erudiunt.

Ex illo seu naturæ, seu rationis debito, fit vt si quando eorum agatur causa, in eâ se totum vel uno gratitudinis nomine impêdere debeat tum parenti filius, tum præceptoris discipulus: non ita tamen ut solius naturæ censeatur esse molimen illud: sed & virtutis actus, ille que aliquando nobilissimus: qualis is esset qui Dei, aut Religionis causa vitam eriperet; cui supparatus, qui etiam parenti spiritum donaret.

Eo in genere exemplum illustre vidit, stupuitque Hispania. In-

testina

testina dissidia , belliq; motus Ca-
stellæ Regem Toletum acciuerát ;
tum vttumultus componeret,tum
vt inde hostem,qui subitâ inuasio-
ne irruperat,expelleret. Vbi porro
fœliciter expulit; ira in ciues versa,
è nobilitate nonnulli cæsi , è plebe
duo & viginti. In eo numero auri-
ficiis filius octodecim annos natus :
iuuat illius diei , cædisque memi-
nisse. Inter eos quos orta seditio
crimine inuoluerat , erat Aurifex;
vir grandæuus , & octoginta annis
maior, ei cū alijs dicta dies vltima,
decretumque capitis supplicium ,
quod vbi impendere vidit filius ,
adolescens decem & octo annos
natus,qua miseratione,qua pietate
in parentem sese Regi illico stitit,
& vltro suppicio obtulit. Hic ar-
recti Aulicorum omnium animi,

&

128 DE FORTITUDINE
& futuri euentus expectatione su-

Molina
de reb.
Hisp.
l. 16.

spensi ; pars amare, & mirari gran-
dem in abiectâ fortunâ indolem;
pars tantæ caritati veniam etiam
vltro dandam arbitrari; pars etiam
metuere, ne Regis ira in vindictam
præceps in caput innoxium deseu-
ret; Et vero præter expectationem,
atque spem desæuijt; nam pro ve-
niâ, quam eximia pietas omnium
iudicio meruerat, Rege permuta-
tionem cōcedente supplicium su-
bijt, & ferro caput amisit. Fœdum
populo spectaculum, misericordię
permixtam crudelitatem. Nomi-
na memoriæ subtracta de facto sa-
tis constat.

Hic ego te , tuosque manes ap-
pello miserande adolescens: quem
ei fato natura seruauit , & vna pa-
rentis noxa deuouit : hic inquam,

cx

ex te sciscitari velim, quæ ratio, quæ
vis æuo longiore natum immatu-
râ nece præcidit? an in senem op-
timum, & annis grauem miseratio?
an in parentem obseruantia, pie-
tasque? sat scio & hanc, & illam al-
tè tibi insitam fuisse: verum nec
hæc, nec illa animos supplicio, fer-
ro, mortiꝝ; pares fecit; nisi affuisset
germana pietatis soror fortitudo:
ea ex intimis penetralibus in pul-
uerem exciuit; in forum egit; in Iu-
dicis, in Regis oculos, ac sententiā
impulit, vt quod paterno capiti
imminebat supplicium in te ipse
detorqueres, caderesq; ad fortitudi-
nis aras, nobilissima amoris, ca-
ritatis, pietatis victima, quam ama-
bunt, ac suspicent ætates omnes
longè consequentes. Ut enim ener- Valer.
ues animos odisse virtus solet, ita Max.
I. 2.

sup

I

fortes

130 DE FORTITUDINE
fortes, atque infractos amare, complecti, posterisque omnibus im-
pensè commendare.

§. 6.

*Qui iuuandis pestiferâ lue infectis ul-
tro se deuouet, inter Christianos
Heroas numerandus.*

Lib. de
Mart.
per pe-
stem.

Hoc argumentū, ut alia plera-
que, doctè, fusè, piè tractauit
Theophilus Raynaudus Societatis
nostræ Theologus, vir variæ erudi-
tionis: ego ex illo, alijsque pauca
delibabo; ut mihi, cœterisque ani-
mos faciam, ad tam illustre, san-
ctumque Christianæ caritatis offi-
cium vltro votis omnibus expe-
tendum; multa sunt quæ illud ar-
duum, ac difficile probat. Primum
ipsa morbi vis, ac ratio, tum mortis
genus miserabile, acerbum, omni-
que